EUSEBIUS CAESARIENSIS
Österreich, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 167r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift



saluus erit. in multitudine fortitudinis suae. Falsus equus ad
salutem in habundantia autem virtutis suae non erit saluus. Ecce oculi dni supra timentes eum sperantes super misericordiam eius. ut liberet de morte animas eorum. Igitur cum omni dedecore atque ignominia tyrannidem quam regressus est ad primo tamquam furore quodam se digno accensus. plurimos sacerdotes dei suos et diuinos qui antea miraba. et quos responsis fidens bella moueram. ut deceptores fallaces. et qui salutem suam regnum que perdidissent interfici iubet. Post hec gloriam laudemque domino ferens. et sera penitentia. punitionem in ipsa uite suae donatione meditatus. cum grauissima morte morbis erga semetipsum certantibus duceret. legem publicare ac securitatem ferre. cui exemplum infra septum est. Imperatore cesare galerio maximiano germanico sarmaticus pius felix inuictus augustus. Indesinenter curam puncialium nostrorum gerentes. et utilitatibus eorum prout modus fuerit. que ad comune et publicum bonum expectant. quique animus eiusdem cara et iocunda sunt. nunquam desinimus prudere. Unde cognitum esse omnibus hominibus non dubito manifestique. per nos. ex eo fomite qui iussum fuerat. adiuuis principibus diocletiano et maximiano parentibus nostris. inhiberi uentibus ferunt plurimas diuitiones et predas. ab officialibus factas. idque per dies singulos indetrimentum nostrorum puncialium perferisse. quorum nos curam precipuam habere gestimus. ita ut bonus suus pene ac patrimonius euoluerunt. Sup hac re anno preterito legem dedimus. ut si quis uelle gentem huic religioni adherere. a nullo prius uoluntas ei ac propositi libertas inpe-